

Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Disputatio IV. De distinctione Divinæ naturæ à relationibus, & attributis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

Omni alterius non tantum creati, sed viventis natura expressè distinguitur; qua ex causa DEUS Græcis Theos à videndo vel contemplando dicitur: Ratio verò entis increati, & motoris immoti, est quidem conceptus primò obvius ad quem à creatis ascendimus, magis tamen quæstionem an est? quam quid est? expedit, divinamque naturam ab omni ente creato ut creatum, non verò ut vivens est (quod accende conceptu intelligere actualissimi præstat) explicitè distinguit.

¶ 4. Ex quo etiam intelliges, in quo sensu admittenda, vel rejicienda sint probations in favore aseitatem sup. relate. Est nimirum *Eſe DEI ipſa eius effentia, nomen quoque ab effendo exprimit quiditatem DEI*, ut simul exprimat gradum vita, in quo distinguitur ab omni creato, non tantum in quantum creatum, sed etiam in quantum vivens est, nego, ut exprimat tantum rationem entis increati, quā distinguitur ab omni creato, ut creatum est, conc. sed hoc non sufficit ad constitutivum naturæ divina sub ultimato & completo conceptu sua linea, qui gradum vita determinatum insuper involvit.

Rursus: *Eſe à ſe est ultima actualitas divina effentia, exprimens perfectionem linearis entitatis conc. vitalis & intellectuali nego: ergo est constitutivum effentia divina ex noſtro imperfetto modo concepiendi inadæquatè, confusè, & inchoati- vè accepta, conc. ex parte rei concepta & in linea natura adæquatè, distinctè, & complete accepta, nego.* Per *eſe* quoque à ſe DEUS per ſe primò differt ab omni eo, quod non est DEUS, ſub confusa & communione entis increati, conc. ſub ratio- ne viventis, nego.

Tandem omnia alia prædicta ultimato resolvuntur in aſeitatem, prout ſimil est eſe in ordine intelligibili, adeoque iſum intelligere, conc. prout ab illo præſcinditur, nego. Non enim eſt ultima actualitas, niſi eſſet ſimil ultima actualitas ordinis & linearis intelligibilis, qua ex natura ſua gaudet maximā & perfectissimā actualitate. Unde intelligere DEI non resolvitur in eſe à ſe, tanquam rationem a priori, ſed intelligere actualissimum per eſe à ſe, & eſe à ſe per intelligere actualissimum, tanquam conceptus convertibiles & inadæ- quati ex ſe mutuo inferuntur.

¶ 5. Quod neque intelligere actualissimum ut præci-

ſum ab aſeitate fit ſufficiens constitutivum divina natura, qua eſt ſecunda pars antec. ſup. poſiti, probarunt haſtenus argumenta pro aſeitate adducta: & ſanè ſicut aſeitas præcifa ab aſtu intelligendi non eſt ultima actualitas effentie vitalis, quā talis: ita nec intelligere præcium ab aſtu infinitè effendi (quem ſemper per aſeitatem intelligo) eſt ultima actualitas naturæ exiſtentis quaſi talis. Necelle eft igitur, ut non minùs aſeitas, quā intelligere actualiſſimum ingrediatur explicitum conceptum constitutivi divina effentia: adeoque constitutivum divinae effentiae eft intelligere divinum per ſe & à ſe ſubſtientis: quippe, quod omnes habet conditions ad constitutivum requiſitas. Primò, quid ſit in- trinſicum & effentiale prædicatum, quia vivere vitâ intellectivâ, eaque non in aſtu primo ſed ſecundo conſtituta, eft in trinſicum & effentiale naturæ di- vinæ. Secundò: eft radix virtualis omnium operationum, & attributorum: operationum quidem, quatenus præſupponit intellectionem eū pri- maria vita intellectivæ operationem; attribu- rum verò, quia vel pertinent ad operationem, ut fa- cientia, bonitas, &c. & tunc fluunt virtualiter ex intelligere divino, eū primâ radice operationum: vel pertinent ad eſe, ut eternitas, imutabilitas, &c. & tunc conſequuntur ad eſe actualiſſimum, quod conuenit intelligere divino ſecundum rationem aſeitatis ſecum explicitè identificata. Tandem etiam exprimit gradum vita infinitè perfecta, qui eft eſe intellectivum non purè radicale, ut in crea- tis, ſed actuale aſtu intellectionis infinitè perfecto.

Si adhuc dicas: Intelligere ſequitur ad eſe: ergo 16: non potest eſe constitutivum divina effentia. Antec. prob. primò: quia operari ſequitur ad eſe, in- telligere eft quoddam operari: ergo ſequitur ad eſe divinum. Secundò: verum & intelligibile ſequitur rationem entis; ergo etiam intelligere ſequitur ad eſe. Reſp. neg. vel diſt. antec. intelligere accidentale & permixtum potentia conc. intelligere per ſe ſubſtientis, nego. Ad cuius primam probationem diſtinguo antec. operari radicale & primarium, quod habet rationem ultima actualitatibus in gradu vita perfectiſſimo, ſequitur ad eſe, nego; operari ſe- cundarium & conſequitivum in aliquo gradu vita, conc. Ad ſecundam prob. diſt. antec. verum & in- telligibile ſequitur rationem entis, ex limitatione in rebus creatis, concedo: ex vi proprie linea, nego.

DISPUTATIO IV.

DE Distinctione Naturæ Divinæ à relationibus & attributis.

ARTICULUS I.

*An admittenda ſit diſtinctio formalis actualis ex natura rei inter
Divinas perfectiones?*

S U M M A R I A.

1. *Significatum attributi.*
2. *Nullarealis diſtinctio inter effentiam ad relatio- nes, vel attributis comparatam.*
3. *Eſt tamen aliqua admittenda diſtinctio inter per- fectiones, etiam non oppositas relativè.*
4. *Major quam rationis ratiocinantis.*
5. *Cām alias omnia DEI nomina eſſent Synonyma.*
6. *Qua DEV M non ſecundo, ſed primointentionali- ter denominant.*
7. *Duplex principalis ſententia D. Thomae & Scoti.*
8. *Diversitas ſententiarum in explicanda diſtinctio- ne virtuali.*
9. *Doctrina & textus Scoti.*
10. *Opponitur authoritas Concilii Lateran.*
11. *Evaſio præcluditur.*
12. *Opponitur authoritas Florentini.*

13. Re-

13. Responso Scotistica refutatur.
14. Opponitur authoritas PP.
15. Opponitur primaratio ex simplicitate DEI.
16. In DEO deber admitti non tantum realis, sed etiam formalis simplicitas.
17. Distinctio Scotistica posit formalē multitudinem.
18. Et compositionem in DEO.
19. Alias esset aggregatum per accidens.
20. Altera ratio, quia tolleretur infinitas actualitatis & perfectionis.
21. Distinctio actualis præter relativam fundatur in limitatione.
22. Tertia ratio i. quia foret distinctio strictè realis.
23. Distinctio Scotistica petit principium.
24. Responso Baronis refutatur.
25. Altera responso Scotistica eliditur.
26. Objetio ex D. August. diluitur.
27. Altera obiectio ex pluralitate definitionum.
28. Tertia obiectio ex predictatis contradictoriis.
29. Retractio argumenti.
30. Ante alium intellectus sunt contradictoria non atta sed virime & fundamentaliter.

§. I.

Præsupposita & status questionis.

Suppono primum, quod nomine attributi intelligatur forma absolute necessaria & formaliter in DEO existens, & ad eum essentiam juxta nostrum modum conceipiendi, per modum totalis proprietatis virimque conseqvens. Dixi primo: *forma*, sive perfectio absolute, ad removendas relations, quæ cum explicitè non dicant perfectionem, neque sint omnibus personis communes, attributa esse non possunt. Dixi secundo: *necessaria existens*, ad distinctionem à decretis divinis, que cum suo modo potuerint non esse, rationem attributi, quod per modum proprietatis essentiam necessaria sequitur habere non possunt. Dixi tertio: *formaliter existens*, quibus removentur creaturarum perfections secundum quid, que tantum sunt eminenter in DEO, ut esse sensitivæ &c. Item extrinsecæ denominations Creatoris, Gubernatoris, &c. à creaturis in tempore acceptæ, & tandem negotiæ, eaque predicata, que de DEO metaphoricè dicuntur, ut dolere, patire, &c. Dixi quartò: *per modum totalis proprietatis*, nam inadæquata & particulares rationes attributorum & veluti potentia creandi Angelum, hominem &c. Scientia visionis, simplicis intelligentie, quæ continetur sub attributis omnipotencie & scientie, non constituant distinctam attributam: cum sub eadem formaliter ratione convenient, & solum penes connotata materialia differant. Dixi quinto: *juxta nostrum modum concepti* (cum fundamento tamen ex parte DEI) ad essentiam conseqvens: quia attributum non conceptur per medium forma constituentis essentiam, ut predicata a se sit, & intelligere actualissimi, quæ ad lineam essentiae pertinent: sed per modum formæ adventientis & adjacentis, ac divinam essentiam ad aliam lineam trahentis.

Suppono secundò, tanquam de fide certum, nec essentiam ab attributis & relationibus, nec attributum à relationibus, vel inter se realiter distinguiri, prout contra Gilbertum Porretanum definitum est in: *damnamus d. sum. Trin. & Concil. Rhem.* ubi hoc est profectio fidei: *Credimus DEVMI non R.P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.*

missa è sapientia, quæ est ipse DEVS, sapientem esse, nec aliquas omnino res, sive relationes, sive proprietas, vel alia huiusmodi adesse DEO, quæ sunt ab eterno, & non sunt ipse DEVS. Pariter in Florent. Sels. 17. & 18. definitur realis identitas Personalium cum essentia, & dicitur, quod sola ratione aut intelligentia differre creditur. Inde etiam defumptum est illud axioma Theologorum, quod omnia sunt unum in divinis, ubi non obviat relatio opposita. In eundem sententiam SS. PP. loquuntur August. 7. d. Trin. c. 1. *Eadem ejus magnitudo, qua virtus, & eadem effectus, quam magnitudo Greg. 10. Moral. c. 20. DEV'S hoc est quod habet, eternitatem quippe habet, sed ipse est eternitas.* Et ratio est manifesta, quia ut ex sequente constabit amplius; si DEUS aliquid realiter distinctum recuperaret, non esset actus purissimus, perfectissimus; sed in reali potentia ad sua attributa constitutus: ipsa quoque attributa jam essent aliquid creatum, utpote abente in creato realiter distinctum, &c.

Suppone tertiò. Nihilominus esse admittendum in DEO aliquam distinctionem, non tantum inter personas & relations invicem oppositas (quam distinctionem juxta doctrinam fidei realem esse suppono ex dicendis de SS. Trinitate) sed etiam tum inter essentiam ad personalitates & attributa comparata, tum inter attributa ad se invicem comparata.

Colligitur primò ex sap. 7. ubi spiritus Divinæ sapientie dicitur *unus & multiplex: multiplex quia (exponit D. Aug. ep. 102.) multa sunt, quæ habet; simplex autem quoniam non aliud quam quod habet, est.*

Colligitur secundò ex modo loquendi S. script. ubi divinae perfections sapientis numero plurali efferventur, veluti Jo. 16. *omnia quæ Pater habet, mea sunt.*

Colligitur tertio, ex prædictato Florentino dicente, quod *essentia & personalites* (idem est judicium de attributis) *ratione & intelligentia* differant. Unde quarrò accedit experientia, dum de rebus divinis multiplices conceptus, ex quo saltem distinctio aliqua rationis est necessaria, & quinque constat ex eo, quod de divinis affirmantur sine contradictione prædicta secundum se contradictoria, ut quod *Pater generet, essentia non generet*; intellectus sit principium generandi, voluntas non sit principium generandi, &c. Sed de eamdem re omnino modè indistincta sine contradictione prædicta contradictoria affirmari non possunt; ergo debet in divinis admitti aliqua distinctio essentiae & attributorum. Unde.

Suppono quartò. Essentiam ab attributis, & ista inter se distingui plus quam ratione ratiocinante: Ratio est primum; talis requiritur in divinis distinctione, per quam tollatur omnis contradictione, que alias proveniret à prædictatis contradictoriis realibus & primum intentionibus; sed talis non est distinctio rationis ratiocinantis: Nam haec sit, quando intellectus aliquid à se ipso diffinguit vel omnino gratis per meras repetitiones conceptum, veluti contingit cum Petrum in subiecto distinguit à Petro in prædictato dicens: *Pe. est Petrus*, aut cum nomina synonyma multiplicat. v. g. cum dicit: *enpis est gladius*: Secundò acci-

36 Tractatus I. Disputatio IV. Proemialis. Art. I. §. I. & II.

piendo fundatum ex solo modo concipiendi & significandi: quo modo distinguit inter definitum & definitionem, quia quod in uno significatur implicitè, ut natura humana in *ly homo*, in altero v.g. in *ly animal rationale* significatur explicitè; sed haec non sufficiunt ad salvanda contradictionis realia: & primò intentionalia; ut sunt produci non produci, communicari non communicari, tota quippe distinctione & non identitas rationis ratiocinantis est secundò intentionalis & intra intellectum; unde non possum dicere, enī sicut ferum, gladius non est terrum, cū tamen possim & debeam dicere: *essentia communicatur*, *Paternitas non communicatur*: ergo major distinctione requiritur, quā rationis ratiocinantis.

5. Ratio est secundò. Quod si tantum esset distinctione ratiocinantis, omnia nomina, quia de DEO dicimus, & in DEO distinguimus essent synonyma, siquidem nec in re significata, ut fatentur Adversarii, nec in modo significandi distinguerentur, cōd quod omnia habeant unum eundemque modum praedicandi per modum termini incomplexi. Atqui conseqüens communiter à Theologis est rejectum: aliud quippe intendimus significare per omnipotentiam, aliud per misericordiam, aliud per essentiam, aliud per attributum.

6. Nec fatis facis, si dicas: ideo hæc nomina esse diversa in modo significandi, quia per nomen *justitia* v.g. tantum explicitè significatur virtus vel actus iustitiae, reliqua vero tantum implicitè, & sic de aliis. Nam contra est: vel enim haber intellectus fundamentum ex parte DEI per tale nomen unum ex alio exprimendi, vel non habet: si habet, jam est distinctione rationis ratiocinata cum fundamento in re: si non habet, tunc vel format conceptum falsum, & disformem objecto: vel certè affingit ipsi aliquid secundò intentionale, desumptum ex modo intelligendi, quod iterum est falsum: siquidem cum dicimus, DEUM creare mundum per omnipotentiam, salvare per misericordiam: Non denominamus DEUM secundum statum secundò intentionalem, sed primò intentionalem, & ut est à parte rei.

7. Requiritur ergo major in divinis distinctione, quā rationis ratiocinantis. Sed qualis illa? Respondet primò Scotus cum tota & sola schola Scotistica, debere esse distinctionem formalem actualē ex natura rei. Ita expressè dicit in 1. d. 8. q. 3. §. ad questionem. & q. 4. Respondet contra S. D. in 1. d. 2. q. 1. a. 2. & 3. & pluribus aliis in cursu citandis, distinguere ratione ratiocinatā, sive cum fundamento in re. Sed quodnam istud fundamentalrum?

8. Respondent Thomista, immo & plurimi RR. esse distinctionem virtualem, verū tam diversa virtuale distinctionis explicazione & acceptione, ut toto calo inter se dissentiant. Nos priusquam nostram & Thomisticam distinctionem virtualem expōnamus, prius celebriores sententias ad trutinam vocabimus. Elparza, Erhard, Veckenus, Dercenius & multi alii solam admittunt distinctionem realē in tercio (quā etiam appellant virtualem distinctionem) in ordine ad salvanda contradictionis realia, v.g. produci, non produci, quā dicuntur de omnibus formalitatibus, quarum una est absolute, altera relativa, ut *essentia*, & *filiatio* v.g. *es-*

sentia non productur, *filiatio productur*. Pater generat, *essentia non generat* &c. In reliquis vero prædicatis misericordia, omnipotētia, sapientia, &c. nullam admittunt distinctionem virtualem intrinsecam, & quæcumque de divinis perfectionibus affirmamus, vel negamus, refundunt vel in ipsum actum intelligendi cum Oviedo & Bonaventura; vel in aliqua connotata extrinsecam ex parte creaturarum cum Aureolo & Arimini: Henricus à S. Ignatio d. 4. a. 3. cum pluribus à se citatis distinctionem virtualem (quā vocat equivalentem rerum formaliter distinctarum in ordine ad subiecta sine contradictione prædicata contradictionia, eamque dicit esse distinctionem virtualem intrinsecam) admittit tantum quod illa contradictionis realia, quae de illis fides docet: uti sunt, *filius productur*, *essentia non productur*: Pater intellectu generat, non voluntate, voluntas est principium spirandi, non intellectus, &c. In reliquis autem admittit tantum distinctionem virtualem in ordine ad fundatos diversos conceptrus, eamque vocat distinctionem virtualem extrinsecam, Franciscus de Hugo admittit universaliter tantam distinctionem virtualem attributorum, quā independenter à nostro intellectu una formalitas excludat alteram, & sapientia v.g. non sit formaliter justitia. Feret ad sensum Caramuelis admittentis in DEO non identitatem formalē ex natura rei. Quod erat inclinat Magnus P. Stadlmair, admittens ante intellectum in DEO distinctionem virtualem, realē, formalem, intrinsecam, & tantum non (quod Scotus & voluntate) actualē.

Illusterrimus Reding q. 2. a. 3. contr. 3. eam distinctionem virtualem in divinis admittit, quā sit eminentia unitatis sibi omnes perfectiones simpliciter similes & propter immersionem potentialitatis distinctas in creaturis, ita sibi formaliter identificans, ut independenter à nostro preciso concepto quilibet includat alteram; per nostrum vero intellectum una ab altera etiam objectivè & exclusivè praescindi possit. Jo. à S. Th. Salmanticensis, Gonet, Conterion & complures nostri DD. eam admittunt universaliter distinctionem virtualem inter divinas perfectiones, quā sit tanta eminentia divina perfectionis, ut ipsius formalitates non per modum excludentur & exclusi, sed per modum includentur & inclusi, seu, ut vocant, per modum expliciti & impliciti praescindi possint.

§. II.

Sententia Scotistica impugnatur antoritate.

Distinctionem attributorum divinorum ex natura rei his terminis dicit, & explicat Scotus l. cit. q. 3. Inter perfectiones essentiales non est tantum differentiatione rationis hoc est diversorum modorum concipiendi idem objectum formale. Est ergo ibi distinctione tertia præcedens intellectum omni modo, & est ista, quod sapientia irreformabiliter non est bonitas in re. Et q. 4. tales perfectiones ex natura rei ante opus intellectus non habent identitatem formalem. Contra hanc doctrinam cum communis aliorum DD. prætermisssis ipsorum censuris sit

CON-

CONCLUSIO. Hec distinctione, quæ divina perfectiones, ante omne opus intellectus autem distinguuntur formaliter ex natura rei, est nullatenus admittenda. Ita Theologi quasi omnes extra scholam Scotti. Probatur primò. autoritate Conciliorum & SS. PP. quibus hæc Scotistica distinctione videatur contradicere.

Nam primò Concil. Lateran. in. c. *damnamus* &c. primitus de Trin. definit omnimodam identitatem & simplicitatem à parte rei inter Divinam essentiam & personas: (idem est judicium de attributis) Scotista non admittit omnimodam identitatem, dum altruit formalem multiplicitatem inter essentiam divinam & personas, ac attributa à parte rei.

11. Nec valer dicere, Concilium loquitur de identitate strictè reali, non autem reali formalis: nam etiam realis formalis non identitas repugnat omnimode reali identitati, quam definit Concilium. Alias etiam Durandi opinio hæc definitione non tangetur, concedentis in divinis distinctionem realem modalem, quem tamen hæc ipsa definitione Scotisti impugnant.

12. Secundò. Confessio fidei in Concil. Florentino Sels. 25, auctoritate Eugenii Papæ à Latinis PP. ad Gratos transmissa dicit, ne identitatem divinam substantiam distribuere, ac ipsam divinam substantiam re, non autem solum ratione hypothasibus & personis diffire credere videamus, &c. Cui sententia subsciptio Graci PP. quibus Andreas Colosensis Archiepiscopus, hanc quaquam putare debet, ut re differant, quandoquidem solum ratione, aut intelligentia diffire creduntur. Similia habentur Sels. 18. & 19. Atque per Scotistas substantiam divina & hypothales, patet & attributa non solum ratione & intelligentia vel actu intelligendi, sed actu reali antea rationis & intellectus distinguuntur.

13. Ajunt Scotisti: à PP. Concilii ly solum ratione non sum pro intelligentia, sed pro ratione formalis, ac proinde tantum negari distinctionem strictè realem. Sed contra est primò, quod PP. Concilii Flor. II. allego, ista conjungunt solum ratione & intelligentia, daretiam Sels. 18. Joannes Theologus nomine Ecclesie Latina dixit, re quidem sunt idem, secundum autem modum intellectus nostræ diffire videntur. Contra est secundo. Quod Concil. predictum Sels. 24. dicat: *Pater enim indistinctus ab essentia, immo vero cum ipse sit ipsa essentia, non intelligitur distinctam habere essentiam ab hypothese.* atque per Scotistas haberet quæ talis distinctionem, quia alia foret ex natura rei ratio formalis & quidditas paterna hypothasis; alia ipsius essentia; sed quid est aliud ratio formalis & quidditas, quæ essentia?

14. Tertio, SS. Parres commendant in DEO salva Trinitate, summam simplicitatem, quæ major exco-gitar non posset; ideo D. Dionys. Areopag. c. 9. d. div. nom. dicit, *DEUS in pulcherrimi excellentiis identitatis finibus collocatur.* Augustinus 7. d. Trin. c. 1. *summam simplicitatem: verè ibi est summa simplex essentia;* hoc est ergo ibi esse quod sapere. Et inf. quod enim est sapientia sapere, & potest posse, & eternitati aeternam esse, magnitudinem magnum esse, hoc est essentia ipsum esse. Et quia in illa simplicitate non est aliud sapere, quam esse, eadem ibi sapientia, quam essentia. Bern. Serm. 81.

in Cant. primum & purissimum simplex. Boëtius 5. de considerat. unum in quo nullus numerus est. unicæ unum, & simplicissimam unitatem appellat. Idem SS. PP. negant in DEO esse aliud & aliud. Ita August. 1. de Trin. c. 5. *DEVS sua est ipse sapientia, quia non est aliud sapientia ejus, aliud essentia.* Idouus. 5. d. sum. bono, quia non est aliud ipse, aliud, quod in ipso est. D. Bern. S. go. in Cant. *DEVS hanc sibi vendicat meram, singularisque sue essentiae simplicitatem, ut non aliud & aliud inveniatur in ea.* Ideoque concludit Greg. Nyss. I. ad Albavium, *omnem circa essentiam distinctionem rejectit divina simplex natura.*

Contradicit omnibus istis auctoribus distinctione Scotistica, qua à parte rei numerum divinarum formalitatum, aliud & aliud, nempe aliud ipsum, hoc est essentiam, aliud quod in ipso, hoc est attributum, esse contendit. Nec satisfacunt Scotisti, cùm dicunt, ut prius, SS. PP. esse intelligendos de aletate strictè, non autem formaliter tantum reali. Contra enim

§. III.

Rationes contra distinctionem Scotisticam.

Probatur conclusio triplici ratione. Prima est. 15. juxta fidei doctrinam DEUS est omnimodo simplex, omnis intrinseca multiplicitas & compositionis experts, & quidem ex relata SS. PP. interpretatione & communi doctrina, cùm simplicitate, quæ major & perfectior esse nequeat, uno verbo simplicissimus, & ut Bern. I. 5. d. confid. c. 7. *unius* est: sed hanc divinæ simplicitatis perfectionem tollit distinctione Scotistica, ergo. Minor prob. formalis, realis, actualis multiplicitas & compositionis destruit omnimoda simplicitatis perfectionem & conceptum: sed hæc distinctione ponit in DEO à parte rei formalē actualē multiplicitatem, immo & compositionem; ergo hæc distinctione destruit conceptum & perfectionem omnimoda simplicitatis divinae.

Major probatur: sicut in DEO est admittenda, realis simplicitas contra Porretanum, qui admittet pluralitatem strictè realem; sic etiam est admittenda formalis simplicitas: nam DEUS tam est formaliter, quam realiter & modaliter simplex: formalis quippe simplicitas est perfectio sine imperfectione & ut vocant, simpliciter simplex, siquidem importat purissimam divinæ essentia actualitatem, prout ex secunda ratione amplius constabit.

Nec essentia divina in genere simplicitatis est summa & infinita, si cateret simplicitate formalis, ergo debet essentia divina non minus esse formaliter, quam realiter simplex: Sed formalis pluralitas & compositionis destruit formalem simplicitatem; non enim minus opponitur formalis multitudo perfectionis divinarum ante operationem intellectus formalis simplicitati, quam realis materialis vel modalis multitudo aut compositionis reali materiali & modali simplicitati: simplicitas quippe est unitas compositionis experts: omnis autem multitudo vel est composta, vel incomposita: si incomposita, repugnat simplicitati, quatenus est unitas, si composta, repugnat eidem, quatenus est experts compositionis.

Minor principalis pariter probatur quoad pri-
17. mum membrum multitudinis; quia quæ ratione
unum

38 Tractatus I. Disputatio IV. Proœmialis. Art. I. §. III. & IV.

unum actū non est alterum à parte rei , catenū sunt multa : sed distinctio Scotistica ponit in DEO perfectiones , quarum à parte rei una formaliter actū non est altera : ergo ponit à parte rei perfectiones actū & formaliter multas in DEO.

18. Alterum membrum ejusdem minoris quoad compositionem pariter probatur primò . Catholici DD. iustique Scotista ex reali multitudine & distinctione divinorum contra Porretanum inferuntur qui reali compositionem ; quantumvis ipse hanc sequentiam negaverit , eò quod non se habeant ad invicem tanquam potentia & actus : ergo non obstante hac responsive Adversariorum rectè contra ipsos interfur ex multitudine & distinctione formaliter reali divinarum perfectionum , earundem realis formaliter compositionis .

19. Secundò . Quocunque sunt actū multa , aut sunt unita , aut non unita inter se . Si unita , hoc ipso sunt composita (exceptis tribus Personis Divinis , quae sunt unita unitate formalis identitatis , in & cum natura Divina) unde etiam Persona Christi iuxta doctrinam Conciliorum est composita , propter cojunctionem duarum naturarum in unitate suppositi : quantumvis illa ad se invicem non comparentur tanquam potentia & actus . Si non sunt unita , sunt formaliter cumulus , & aggregatum per accidens : atque est absurdum in Divinis admittere cumulum & aggregatum per accidens realium perfectionum : neque ille etiam formaliter realiter identificantur cum uno tertio , uti Persona Divina ; ergo super est , ut sunt formaliter composita , quod tamen admittere etiam abhorreat Scotista .

20. Secunda ratio est : quia distinctio Scotistica tollit infinitam formalem actualitatem & perfectionem tum essentia , tum attributorum in DEO , nam catenū divina essentia , & quidquid est in DEO , est actus purus , quatenus in se formaliter continet , sibique identificat omnem formalitatem & perfectionem simpliciter simplicem , nam si vel unicam perfectionem sibi formaliter non identificat , respectu illius jam est formaliter perfectibilis & actuabilis , nec proinde actus purus : sed per distinctionem formalem ex natura rei nec Divina essentia , nec attributa formaliter sibi identificant omnem perfectionem : adeoque per distinctionem Scotisticam destruitur ratio actus puri .

21. Confirm . omnis distinctio actualis , quæ non fundatur in oppositione relativâ , provenit ex limitatione extremitatum , in quantum in uno reperitur aliquid esse , quod non reperitur in membro condistincto ; unde quod aliqua sunt natura perfectioris , tanto pauciora habent vestigia distinctionis ; sed in DEO cetero infinito non habet locum limitatio ; ergo nec distinctio actualis extremitum ante mentis operationem .

22. Ratio tertia est . Distinctio , quæ versatur inter extrema , quorum unum non est alterum à parte rei , & ante intellectus operationem , est strictè realis : sed distinctio formalis ex natura rei est inter extrema , quorum unum non est alterum à parte rei , sive ante omnem mentis operationem : ergo est strictè realis . Maj. probatur per inductionem & paritatem aliarum rerum , nam certè entia , quæ dantur nemine cogitante , sunt verè & strictè realia ; substantia , quantitas , qualitas , productiones ,

generationes , relationes , oppositiones , quæ dantur nemine cogitante , sunt strictè reales . Et ut opimè arguit Henricus à S. Ign. Non magis est intelligibile , dari formalē distinctionem ex natura rei , quæ non sit strictè realis ante omnem intellectus operationem , quād dari productionem formalem ex natura rei , quæ non sit strictè realis , quo admissum jam possit dicere Patrem , eti si strictè realiter ingenitus , ut fides docet , esse tamen formaliter ex natura rei ex essentiagenum ; similiter attributa hoc modo esse formaliter producta , &c . quod tamen nemo Catholicorum admisit .

Addit . quod Scotista in suis respondentibus idem ²³ tidem petant principium , & explicent obscurum , per aliud & quod obscurum , nam cur sunt actū plures formalitates antem mentis operationem , hæc est ratio , quia sunt actū formaliter , non strictè realiter distinctæ ex natura rei : & cur sunt actū plures formalitates , quia sunt actū plures formalitates , non actū plures res , quod est dicere idem per idem .

Dices cum Barone , illam esse distinctionem ²⁴ strictè realem , quæ mediat inter plures res habentes plures existentias , illam formalem ex natura rei , quæ mediat inter plures formalitates habentes eandem existentiam . Sed contrà est primò , quod sit aquæ ignotum , quibus competant plures existentiae , ac quibus competant plures entitatis . Contrà est secundò , quod inter Personas Divinas sit distinctio strictè realis , cum tamen unam habeant existentiam , rursus inter materiam & formam in meliori Philosophia sit distinctio strictè realis , cum tamen unam habeant existentiam compotis , quod etiam de partibus contingui plurimi defendunt .

Alii respondent , tunc esse distinctionem strictè ²⁵ realis inter rem & rem , quando una est ab altera separabilis , vel producibilis : Sed contrà est primò , quod erit separabilitas & productivitas sit effectus & signum realis distinctionis , non tamen est ad aquatum , siquidem stricta realis distinctione inventetur in doctrina Scotistarum inter Filium & Spiritum S. tametsi Spiritus S. (utique à Filio inseparabilis) per impossibile à Filio non procederet . Contrà est secundò . quod Guil. Porretanus à Concilio Rhemensi damnatus , non posuerit productivitatem vel separabilitatem inter essentiam & attributa , sive inter essentiam & personalitates : & tamen Catholicorum DD. calculo posuerit plures res ; non ergo ad aquatum signum , multò minus essentia distinctionis & pluralitas strictè realis est separabilitas vel producibilitas unius ab altero .

§. IV.

Solvuntur objectiones .

O Bijciunt primò Scotista ab autoritate locum ²⁶ duplaci D. Augustini , 15. d. Trin. c. 3. ubi dicit , omnia attributa esse aquale : subsumunt : sed nihil sibi ipsi est aquale : ergo inter illa debet esse distinctio . Item l. 3. contra Max. c. 1c. ubi ex eo , quod perfectionum pluralitas , ut sapientia , magnitudinis , &c. non obstat simplicitati divina , arguit nec Personarum Trinitatem eidem obstat .

Resp.

- Resp. ad 1. siquidem contendas æqualitatem ante intellectum, sic dari æqualitatem attributorum negativam, non autem positivam, hoc est dari negationem excelsus unius supra aliud, hoc ipso, quia sunt formaliter idem, si vero deberent esse positivæ æqualia, deberent in super esse strictè realiter distinctæ, quod nec Scotista concederet. Ad 2. Responde Bachonius, intentionem, ac sensum S. Patris esse, si sapientia, magnitudo &c. que in rebus sensibilibus realiter, secundum esse ab solutum, & secundum diversa genera differunt, tamen in DEO posita non dirimunt ejus simplicitatem; ergo que in sensibilibus relative differunt & intra idem genus, si in DEO ponantur, multò minus dirimunt ipsius simplicitatem.
27. Altera est objecio, perita ex pluralitate definitionum, quam logici in gradibus metaphysicis solvent, & distinguunt. Illa distinguuntur formaliter ante intellectum, quibus ante intellectum convenientiunt diversæ definitiones, si convenientiunt formaliter & adæquatè diversæ, conc. inadæquatè & fundamentaliter diversæ, nego. sed essentiæ v.g. attributis, personalitatibus ante intellectum convenientiunt diversæ definitiones, formaliter adæquatè diversæ, nego; inadæquatè & fundamentaliter diversæ conc. min. & nego conseq.
28. Tertia objecio & fundamentum huic loco proprium peccat è predicationis contradictionis. Illa actu distinguuntur ante intellectum ex natura rei, quibus independenter ab intellectu convenientiunt
- prædicata realia contradictionia, alias convellentur illud primum principium metaphysicum: Idem non potest simul esse & non esse: sed ex Conciliis fide conflat, de essentia, personalitatibus, & attributis affirmari contradictionia realia, quae ipsis convenientiunt independenter à nostro intellectu: ergo etiam distinguuntur independenter à nostro intellectu; non cereæ strictè realiter, ut res à re, hic enim est error Porretani: ergo formaliter ex natura rei, ut formalitas à formalitate. Min. constat, quia independenter à nostro intellectu verum est: *Filius producitur, essentia non producitur: Pater generat intellectum, non generat voluntate, &c.*
- Resp. primò. Si ille Achilles Scotisticus esset²⁹, alicuius roboris, probaret etiam distinctionem strictè realem; siquidem esse, non esse, produci, non produci, gignere, non gignere sunt contradictionia, non tantum formalia, sed etiam realia: unde hoc argumento *conviuetus* Porretanus inter absolutas perfectiones distinctionem realem admisit.
- Resp. secundò. dist. maj. Illa sunt actu distinctæ ex natura rei, quibus ante intellectum operationem actu & formaliter convenientiunt contradictionia, conc. quibus convenientiunt tantum virtute & fundamentaliter, nego. Sed hoc repertum in Divinis, virtute & fundamentaliter conc. actu & formaliter nego min. & conseq. Cujus distinctionis ratio mox patet ex dicendis.

ARTICULUS II.

An distinctio realis in tertio sit necessaria & sufficiens ad salvanda contradictionia in DEO?

SUMMARIUM.

1. Explicatur, quid nominis sit distinctio realis in tertio?
2. Eius fundamentum.
3. Oppugnatur auctoritate Florentini, & D. Th.
4. Ratio prima, de quibus dantur contradictionia distinguui debent.
5. Confirm. per contradictionia Synonyma.
6. Salvanda sunt contradictionia priusquam verificetur distinctionis realis in tertio.
7. Plures propositiones contradictionis, quae non solvuntur per distinctionem in tertio.
8. Sufficit extremorum virtualis distinctionis ad salvanda contradictionia.
9. Disparitas inter relativæ & contradictionis opposita.

§. I.

Explicatio & probatio distinctionis realis in tertio.

Distinctio realis in tertio secundum Recentiores est, quæ unum extreum identificatum cum altero extremo identitate inadæquatæ, simul identificatur cum tertio realiter distincto ab illo altero extremo, E. g. Natura Divina dicitur cum paternitate identificari identitate inadæquatâ, quia non simul identificatur cum paternitate, ut non simul

identificetur cum aliquo tertio extremitate, quod est filiatio realiter distincta à paternitate, ideoque in illa includitur realis distinctionis, quæ intercedit inter paternitatem & filiationem, & dicitur distinctionis realis in tertio, in quantum scilicet natura est inadæquatè identificata filiationi, quæ realiter à paternitate distinguuntur. Dicunt igitur naturam divinam & paternitatem recipere praedicata contradictionis, quia licet secundum habitudinem, quam natura divina præcisè dicit ad paternitatem, sit paternus indistincta, in tertio ramen extremitate, nempe filiatione, cum qua pariter & inadæquatè identificatur, habet realem distinctionem à Patre: sicutque sufficienter habet capacitatem recipiendi contradictionis, v. g. *Natura divina est filius (ratione identitatis cum filio) natura divina non est filius (ratione identitatis cum Patre, qui à filio realiter distinguuntur)* Hac igitur ratione & distinctione reali in tertio conantur amoliri à Divinis omnem contradictionem apparentem, sive salvare omnia contradictionis, que versantur inter praedicata absolute comparata cum relativis. E. g. *essentia communicatur, inquit, paternitas non communicatur*: ideo verificatur in Divinis: quia licet essentia, quatenus identificatur cum paternitate, non recipiat hoc praedicatum contradictionis, non communicatur, tamen quatenus simul involvit idem

40 Tractatus I. Disputatio IV. Proemialis. Art. II. §. I. & II.

identificationem cum filiatione, in hoc tertio extre-
mo, nempe filiatione realiter distinguitur à pa-
ternitate, siquaque sit capax hujus prædicati con-
tradictorii non communicatur.

2. Ratio præter impugnationes distinctionis virtua-
lis solvendas inferius est. Cum nihil possit realiter
esse & non esse, ideo realiter non potest dari af-
firmatio & negatio ejusdem prædicati realis de qui-
busdam extremis, nisi inter illa intercedat realis
distingutio: Sed secundum fidem de essentia & pa-
ternitate v. g. realiter affirmatur & negatur realis
prædicatum: nempe communicari: ergo inter hac
extrema debet admitti vera realis distingutio, & non
rancum illa virtualis, que nullo modo tollit sim-
plicissimam identitatem extremonum. Atqui ta-
lis vera realis distingutio non potest esse immediata,
strictè realis; hac enim damnata est à Conc. Rhe-
meni: non realis formalis, utpote pariter repu-
gnans formali simplicitati & perfectioni divinae;
ergo realis media, sive in tertio: que tanquam
principiis fidei maximè consentanea, apertissima
quoque est ad verificantia sub contradictione con-
tradicitoria, quæ producentur a divinis.

Confirm. Major est oppositio contradicitoria
quam relativa; ergo cum oppositio relativa in di-
vinis requirat formalem & realem distinctionem
extremorum: etiam oppositio contradicitoria il-
lam requiret.

§. II.

Hac distingutio non sufficit ad salvanda con-
tradicitoria in Divinis.

3. CONCLUSIO. Hac distingutio mediana &
realis in tertio non est sufficiens ad salvanda in
divinis prædicata contradicitoria. Probatur inpri-
mis auctoritate Concilii Florentini. I. cit. Sess.
25. ubi in confessione fidei dicit, ne divinam sub-
stantiam re, non antea solâ ratione ab hypostasis
& personis differre credere videamus, adeoque inter
divinam essentiam & hypostas agnoscit solam di-
stinctionem rationis. Atqui hæc nova RR. sen-
tentia non est contenta distinctione rationis, sed
requirit distinctionem realem inadæquatam inter
essentiam & hypostasin Patris v. g. ergo contraria-
tur menti Concilii Florentini. Neque Angelicus
Doctor aliam agnoscit distinctionem, quam ratio-
nis, ut præter alios ipsius textus constat ins. ex q.
28. a. 3; ad 2. ubi dicendum inquit, quod in qua-
ntum essentia & persona in Divinis differunt secun-
dum intelligendi rationem, sequitur, quod aliquid
possit affirmari de uno, quod negatur de altero.

4. Probatur ulterius ratione primò. Circa illa ex-
tremi debent salvari contradicitoria, de quibus
prædicantur; sed distingutio in tertio non salvat
contradicitoria circa illa extrema, de quibus prædi-
cantur ergo distingutio realis in tertio non salvat
contradicitoria. Minor probatur: nam v. g. in
hac prædicione, essentia communicatur, paterni-
tas non communicatur, tò communicari, non com-
municari, non prædicatur de essentia, ut est in se,
& ut est in filiatione, sed de essentia, ut est in se,
& ut est in paternitate: ergo circa ista duo extrema
essentia & paternitas non tollitur contradicatio,
quam apparenter inferunt hec contradicitoria
communicari & non communicari.

Confirm. Aequa vera, immo Synonyma est hac.
prædicatio: essentia ut absolute in se communicatur,
essentia ut identificata cum paternitate non commu-
nicatur, quā illa: essentia communicatur, pa-
ternitas non communicatur; Sed est impossibile, quod
hac prædicatio verificentur propter identificationem
cum filiatione: quia ly non communicari prædicatur
de essentia quatenus identificata cum paternitate,
adeoque ut sic relativè opposita filiatione: er-
gō non potest prædicari de ipsa quatenus identifi-
cata filiatione: adeoque neque in hac prædicione
essentia communicatur, paternitas non communica-
tur, ad salvanda contradicitoria sufficit distingutio
realis in tertio. Idem argumentum ad alias hujus
generis prædiciones facile applicabis. Adde, quod illa extrema debeant esse distingutæ, que in
propositionibus contradicitoriorum significantur in
recto, & locum subjecti obtinent, atqui tertium
illud extremon v. g. filio tantum importatur in
obliquo; ergo illius distingutio non sufficit.

Ratio est secundo. Prius ratione nostrâ cum 6.
fundamento in re verificantur contradicitoria, quin
verificentur distingutæ in tertio: ergo ista non suffi-
cit ad salvanda contradicitoria. Antec. probatur
primò. quia verificantur in divinis contradicitoria
absoluta de extremonis absolutis cum fundamento in
re: veluti, DEVS intelligit per intellectum, non
per voluntatem: sed hac verificantio ratione nostra
antececidit distinctionem realem in tertio: hac quippe
supponit prædicata relativa; illa vero consilit
in abolutis; sed absolute in Divinis sunt priora
relativi, ut est communis Theolog. ergo.

Probatur antec. secundo. Prius est ratione no-
strâ, quod Pater generet, essentia non generet,
quā quod filius sit distinctus à Patre: ergo illa
contradicitoria sunt ratione priora, quā distingutio
hujus tertii extremonem Filiū. Antecedens proba-
tur. Fundamentum & ratio a priori iuxta Concilium & PP. quod Filius sit distinctus à Patre, est
origo, prædictio, generatio, processio: non autem
ē conversio ratio productionis est distingutio: non
enim id est Pater est generans, quia filius est dis-
tingutus; sed iste id est distinctus à Patre, quia
est genus. ergo hac contradicitoria, essentia non
generat, Pater generat, per prius verificantur in
DEO, quā verificantur distinctiones reales in tertio.

Ratio est tertio: Quod plura sint admittenda
contradicitoria in divinis, que nullatenus per di-
stinctionem realem in tertio salvari possunt. Nam
primò. Hæc ipsa sunt contradicitoria: Pater est dis-
tingutus à tertio extremono, natura non est distingutus à
tertio extremono: Naturæ est identificata cum tertio
extremo, Paternitas non est identificata. Item
essentia DEI est una, Persona sunt tres. Essentia
DEI non est Genitor, non Genitus, non Procedens,
Persona sunt Genitor, Genitus & Procedens. Filius
procedit per intellectum, non per voluntatem. Ubi
tunc est distingutio in tertio, cùm nullum sit affi-
gnabile?

§. III.

Solvitur fundamentum Adversariorum.
A d argumentum primò propositum distinguo &
majorem. De extremoni tam formaliter &
actu, quam virtualiter realiter indistinctis non pos-
sunt affirmari contradicitoria realia, conc. tantum
rea-

realiter actu distinctis, nego maj. & sub data distinctione ego conseq. Nec refert, quod distinctione virtutis non tollat simplicissimam idem tam perfectionum: sufficit enim, quod eminentia illius simplicitatis & unitatis aequivalat distinctionis formalibus, sicut diversas etiam oppositas denominations respectu nostri intellectus illam eminentissimam simplicitatem inadæquat attingentis fundare possit, de quo §. sequenti.

Ad Confirm. Rcp. primò. Hinc nimirum probati, nempe strictè realē & immediatam distinctionem extremorum, quam fundat oppositio relativā in Divinis. Rcp. secundo, aut. maj. oppositio contradictoria est major, quam relativa, si sit & maneat verè, non tamen apparenter talis conc. lecus nego, atq[ue] oppositio contradictoria in divinis tollitur per virtutem distinctionem, utpote que ad hunc effectum aequivaleat distinctioni actuali. Relativa vero oppositio manente numerum fundamento ipsius, quod est producere & produci, manet formaliter & actu in divisionis.

ARTICULUS III.

An & qualis admittenda sit distinctione virtualis in Divinis?

SUMMARIA.

1. *Definitio distinctionis virtualis.*
2. *Non est mera aequivalencia, sed eminentia intrinseca.*
3. *Simplici complexione ministerat diversos conceptus objectiles.*
4. *Non est ipsa distinctione rationis ratiocinata, sed fundamentum ipsius.*
5. *Refutatio dicimus Recentioris.*
6. *Continet formalitates pertinentes ad diversas lineas.*
7. *Authoritas PP. pro distinctione virtuali.*
8. *Perfectionis in DEO unita non minus sunt objectibus nostro intellectui, quam distinctione in creaturis.*
9. *Inducitur ostenditur necessitas distinctionis virtualis.*
10. *In distinctione contradictionis probatur sufficiencia distinctionis virtualis ad salvandam contradictionem.*
11. *Quomodo in identificatis omnia realia praedita debent esse idem?*
12. *Realis identitas actualis in Divinis semper est vera, non etiam virtualis.*
13. *Distinctio virtualis verificat propositionem negative aliquo, sed non omni modo, quo distinctio realis actualis.*
14. *Non datur actus contradictionis in DEO ante opus intellectus.*
15. *Imaginaria difficultates in distinctione virtuali, emis comparatio cum formalis ex natura rei.*
16. *Ratio salvandi contradictionis in distinct. virt. non est mera capacitas recipiendi denominations contradictionis.*
17. *Distinctio virtualis salvat mysterium Trinitatis.*
18. *Non eruit, nec favet hereticos.*
19. *Quomodo in DEO non datur actus primus?*
20. *Quemadmodum distinguuntur distinctione virtuali extrinsecè?*
21. *An & cur distinctio virtualis appellatur intrinseca & realis?*
22. *Videtur a DEO & Beatis.*

§. I.

Expositio distinctionis virtualis.

1. *Uicquid de virtuali distinctione dicant, dividant, definiant RR. à nobis hoc nomine nihil aliud intelligitur, quam intrinseca eminentia divina perfectionis per simplicem complexionem omnino.*
- R. P. Alex. Theol. Schol. Tom. I.*

tionem extremorum, quam fundat oppositio relativā in Divinis. Rcp. secundo, aut. maj. oppositio contradictoria est major, quam relativa, si sit & maneat verè, non tamen apparenter talis conc. lecus nego, atq[ue] oppositio contradictoria in divinis tollitur per virtutem distinctionem, utpote que ad hunc effectum aequivaleat distinctioni actuali. Relativa vero oppositio manente numerum fundamento ipsius, quod est producere & produci, manet formaliter & actu in divisionis.

perfectiōnū, ad diversas lineas pertinentium (hoc est in rebus creatis non ex sola limitatio, sed etiam ex formalis diversitate distinctarū) præbens intellectui creato fundatum varias acnominationes etiam oppositas tribuendis.

Dixi primo effe intrinsecam eminentiam, ut significarem non esse meram aequivalentiam vel perinde se habentiam cum aliquibus actu distinctis, aut meream connotationem ad creaturas, eth[em] enim certum fuit, hanc eminentiam non esse sine aequivalentiā cum formis inter creaturas distinctis; quia tamen hec aequivalētia ex p[ro]p[ri]etate determinatur a solo extrinseco connotato, ubi quo verificari non potest, hec ut per RR. ex connotatione duplice loci idem corpusquamvis replicatū datur virtualiter dupl. ex, idē motus ex connotatione agentis & patientis est virtualiter duplex: & inde actio, hinc patlio dicitur; 5 ideo potius est distinctione virtualis extrinseca, quam intrinseca, quippe non ex aliquo sibi intrinseco & omni altero præsupposito, sed ex aliquo extrinseco connotato distinctis aequivalentis adeoque præbens fundatum extrinsecum intellectus unum ab altero distinguendi. Hac autem in DEO non sufficit, quia pluralitas & distinctio attributorum est (ut loquitur S. D.) ex proprietate ipsius rei, ex parte ipsius DEI in DEO tanquam radice verificantem has conceptiones, in 1. d. 22. q. un. a. 3, in modo ut loquitur d. 2. q. 1. a. 3. nullis enim creaturis existentibus, alia est in DEO ratio bonitatis, & alia sapientiae & ad 3. *Nomina, quae proprie dicuntur de DEO, quantum ad significata per prius sunt in DEO, quam in creaturis; ut bonitas, sapientia & benissimodi: & horum diversitas non nascitur per respectum ad creaturas, in modo potius est converso, &c.*

Dixi secundò per simplicem complexionem prebēns fundatum, &c. unde primò excluditur distinctio scotistica ante intellectum actu distinguens attributa & perfectiones in DEO. Secundò inducitur ratio, cur ista distinctione virtualis sufficiat ad salvandam contradictionem, quia cum formalitates limitatae & actu distincte in creaturis praebant intellectui diversos conceptus objectivos & denominations; cur hoc ipsum non praetinent quatenus in eminentissima radice divina simplicitatis continetur respectu intellectus infinitatem divina perfectionis uno conceptu adaequata non valens. Unde ex duplice capite haec distinctione vocatur virtualis: primò quod proveniat ex

vite

virtute, hoc est eminentia divina perfectionis: Secundo, quod idem praeferit in subministrando diversos objectivos conceptus, quod praeferat actualis formalis distinctione perfectionum creatarum.

Tertio indicatur hanc distinctionem virtualem

4. non esse formaliter eandem cum distinctione rationis ratiocinata; sed realiter distinctam; tanquam fundamentum ipsius. Nam per distinctionem rationis ratiocinata, seu membrum oppositum distinctioni rationis ratiocinata, tam Philosophi quam Theologi praesertim Thomista, intelligunt actualem distinctionem intellectus, quippe conjunctam cum actuali praecisione, sive formalis sive objectiva, neque diversitatem utriusque rationis ratiocinantis & ratiocinata in eo ponunt, quod distinctionis rationis ratiocinantis sit actualis in intellectu, distinctione vero rationis ratiocinata sit virtualis in ipso obiecto; sed quia ita que est in intellectu, ita tamen ut distinctionis rationis ratiocinantis habeat solum fundamentum ex ipsa cognitione, vel modo cognoscendi: distinctione vero rationis ratiocinata, habeat fundamentum ex parte ipsius rei & ante mentis operationem: quod fundamentum distinctionem fundamentalis vel magis Theologicis, virtualem appellamus.

Ita clarè S. D. in 1. d. 2. q. 1. a. 2. & 3. Plurimas inquit, seu diversas istarum rationum, voluntariis est ex parte intellectus nostri (en! ut admittat) plu alitatem hoc est distinctionem ex parte ipsius intellectus, utique actualem quia intellectus unam rationem ab alia acta dividens, sed etiam ex parte ipsius DEI. Ecce! fundamentum istius distinctionis, nempe divinam perfectionem, hoc est virtualem distinctionem. Et postea: Sunt, inquit diversa ratione, non tantum ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei. & q. 7. de pot. a. 2. quod rationes in nostro intellectu distincte (utique actualiter) sunt in DEO, non actualiter, sed virtualiter, quia tanquam radice verificante has conceptiones.

Que licet ex Philosophia notissima, pluribus indicare volui, ut videres quam profundè ex imis Theologorum Thomistarum etiam Salisburgenium principiis meam doctrinam de virtuali distinctione, in Disputatione de DEO editam, impugnauerit quidam Recentior, qui in Thes. de SS. Trin. p. 124. ita contra me aguit. Si hac virtualis diversitas præbet præcisè fundamentum intellectui diversas denominations formandi, quare ergo negat hic patronus (virtualis distinctionis) quod sua distinctione virtualis non sit aliqua distinctione rationis ratiocinata, veluti communiter alii Thomista, Salmanticensis aliqui Salisburgenses affirmant, praesertim illud Almus Salisb. Universitatis lumen, ac Rector olim Magisticus Alfonius Stadlmair. Sic ille.

Ego inquam, ideo hoc nego, meam distinctionem virtualem esse formaliter ipsam distinctionem rationis ratiocinata, quia volo consequenter loqui, & nolo mihi ipsi contradicere: contradicerem autem mihi ipsi, si postquam docui, distinctionem virtualem præbere fundementum (ly præcise non dixi) intellectui diversas denominations formandi (hoc ipsum est

actu & ratione distinguendo) tamen distinctionem virtualem à distinctione rationis ratiocinata non distinguere. Siquidem reale fundatum verificativum cuiuscunque non tantum distinctionis, sed & cognitionis, non potest esse ipsa distinctione vel cognitione distinguens; nam verificativum fundamentum cognitionis & distinctionis presupponitur eidem, ut logicis est de dictum, sed juxta mean doctrinam rationis ratiocinata, per quam nempe nosler intellectus de DEO varias denominations format, fundatum est distinctione virtualis: ergo hæc à distinctione rationis ratiocinata distinguitur: utique tanquam virtualis ab actuali, tanquam æquivalenter talis à formaliter tali, tanquam realis independens ab intellectu ab intentionalis, tanquam radix à radicata, tanquam prior à posteriori.

Ideo præterea nego identitatem istam inter utramque distinctionem, quia sic clare colligo ex doctrina S. D. qui cum ex parte DEI altius fundatum & radicem nostrarum conceptionum, quas de DEO formamus, manifeste indicat distinctionem inter illud fundatum (quod nos voce antiquioribus quidem non usurpat), nunc autem communi Theologorum coniuncti ne recepta virtualem distinctionem nuncupamus) & nostras conceptiones seu distinctiones.

Negant mecum, quounque inspicere licuit, Schola Thomistica DD. quorum omnium loco sunt Salmanticenses, quos contra me, sed nullo citato texu allegar Adver, nam tr. 3. d. scient. DEI. disp. 1. dub. 3. n. 57. docent à DEO cognoscente le ipsum cognitioni distinctionem virtualem intrinsecam, quia nimis videt, quod sua simplicissima formalitas non minus præstat propria plurimum pertinentium ad distinctas lineas, quam si essent alii & formaliter plures, in quo ratio virtualeis distinctionis revera talis consibit.

Item disp. 4. d. vol. D. disp. 2. dub. 1. §. 3. n. 21. & dub. 2. n. 29. ubi dicunt: quod virtualiter ab aliis distinguitur, præstat fundatum ad hoc, ut denominetur actu & formaliter distinctionem secundum rationem.

Tandem etiam ex hoc capite nego identitatem inter distinctionem virtualem & rationis ratiocinata, quia hanc mecum & ante me negant & negant omnes Theologos DD. Salisburgenses, quounque distinctionis virtualis fecerit mentionem, & in specie meus quandoam Professor Colendissimus Magnus & Reverendissimus D. Abbas VVeingartenis Alfonius Stadlmair, cuius mentem non oculo tantum sed aere & calamo excepti. Nam in disp. de DEO c. 3. §. 4. p. 37. ideo dicit, illa quæ virtualiter distinguuntur, etiam fundamentaliter distinguuntur, quia eadem attributa secundum rem fundamenta sunt, quibus sunt variae denominations, varii conceptus &c. Iterum p. 41. in f. p. 36. se ipsum explicans & scrupulam Adversarii ex prima frontis aspecture movens: attributa, inquit, illa saltem virtualiter multa abstracti possunt per intellectum, considerari distinctis conceptibus, & circa ipsa verificari contradictiones. Vides quomodo præsupponat, adeoque distinguat virtualem pluitatem

liatam à distinctione conceptuum, in quâconflictus distinctionis rationis ratiocinata. Idem repetit p. 41. in fin. nec ipsi alter unquam in mentem venisse mihi certum est. Sed de hoc in re clara sat.

6. Dixi præterea: perfectionum ad diversas lineas pertinetum. Sunt enim aliquæ formæ sive perfections, qua propter materialem conditionem & limitationem subjecti distinguuntur; nihilominus tamen ad idem genus pertinent, & sub una aliqua formalitate continentur. Sic omnes intellections, item species impressæ, & expresa, principium radicale & proximum intelligendi pertinent ad unum idemque genus intelligendi, sicut dicuntur pertinere ad eandem lineam; econtra sunt alia formalitates, qua in suo formaliter explicito conceptu ac definitione se invicem non incluant, nec dependentiam aliquam involvunt, ut sapientia, bonitas, omnipotentia, immensitas, intelligentia, velle, & ista dicuntur pertinere ad diversas lineas. Itaque distinctionis virtualis intrinseca dicit continentias & æquivalentiam plurium formalium non ad eandem, sed ad diversas lineas pertinentium.

Cajus ratio est primò, quod ut essentia divina probat nostro intellectui fundatum intrinsecum aliquæ formalitates actu distinguedi, debet dicere æquivalentiam earundem, ut plures sunt, non ut unum sunt; sed quando formalitates pertinent ad eandem lineam, æquivaler ipsi non uniplures, sed ut unum sunt, & sic etiæ divinus intellectus æquivaler infinitis intellectibus, non tamen ideo est à se ipso virtualiter distinctus. Minor probatur, quidquid in DEO cum fundamento ex parte ipsius concipiatur, debet concipi per modum actus puri, & infiniti in illa linea, sed nisi concipiatur aliqua ratio simpliciter pertingens à prima & infima ulce ad ultimam actualitatem linea, non concipiatur ut actus purus & infinitus in illa linea: imò conciperetur cum aliqua imperfectione & perfectibilitate ab ulteriori actualitate illius lineæ, qua repugnat conceptui actus puri.

§. II

An per illam salvantur contradictionia.

CONCLUSIO. Datur in divinis predicta distinctionis virtualis intrinseca, & per eam necessariò & sufficienter salvantur contradictionia in DEO.

1. P. probatur primò ex D. Dionysio. c. 7. d. div. nom. ita dicente: omnia unitivæ est secundum unicam unitatis eminentiam, in quâ omnia singulare congregata sunt, & separantur. Item e D. August. quil. 6. d. Trin. c. 14. Deitatem appellat, simplicem multiplicitatem & multiplicem simplicitatem, & l. 15. c. 17. nec distem, inquit, in eis ista, scit in nobis aliud est memoria, aliud est intelligentia, aliud dilectio, sive caritas: sed unus aliquid sit, quod omnia valeat. Ex quibus.

2. Probatur secundò ratione: Formas aliquas virtualiter intrinsecè distingui ex dictis nil aliud est, quam illas in superiori ente simpliciter & tam formaliter, quam eminenter collectas tantum valere ad denominations formales, & fundandos di-

& P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

stinctos conceptus in intellectu creato, quantum valent in inferioribus, ubi ex imbibita limitatione reperiuntur actu distinctæ: sed formalites & rationes bonitatis, sapientiae, essentiae, relationis & quæcunque perfectiones simpliciter simplices reperiuntur in DEO, tanquam supremo ente, simplicissime & non tantum formaliter; sed eminenter contentæ & unitæ, eademque præstant denominationes formales, quas præstarent in creaturis actu distinctæ: nam certè DEUS per suam essentiam quatenus est forma bonitatis est bonus, quatenus est forma justitiae est justus &c. valet etiam ad fundandos distinctos conceptus, qui formalites & perfectiones in unam essentiam divinam collectæ non minus sunt rationes objicibles nostro intellectui, quam si reperiantur vel reperiuntur distinctæ in rebus creatis: & non sunt rationes ad aquatæ objicibles propter suam intrinsecam eminentiam, & nostro intellectu imbecillitatem: ergo sunt inadæquatæ, seu secundum conceptus inadæquatos objicibles: ita ut inadæquata objicibilitas, quam in creatis cauлат actualis formarum distinctionis, hanc in ente increato fundet ipsius intrinseca eminencia & supergressio supra modum nostrum cognoscendi.

Secunda pars conclusionis, quod ad salvanda contradictionis in DEO necessaria sit distinctionis virtualis intrinseca, sequitur ex haecenüs dictis. Ut enim noster intellectus sine difficultate aut contradictione non secundò, sed primò intentionaliter & realiter prædicata opposita & contradictionis de aliquo obiecto affirmet & neget, requiritur ex parte obiecti aliquod verificativum talis distinctionis & oppositivæ cognitionis, sed hoc non est distinctionis actualis realis, ut contra Porretanum fides docet: non actualis formalis ex natura rei, ut contra Scotistas conclusimus: non connotatio effectuum distinctionorum creatorum: (qua etiam distinctionis virtualis extrinseca appellatur) hoc enim expresse negat S. D. in l. d. 2. q. 1. a. 2. ubi rationem subiungit in resp. ad 3. his verbis: Nomina, qua proprie dicuntur de DEO, quantum ad significata per prius sunt in DEO, quam in creaturis; ut bonitas, sapientia, & hujusmodi: & horum diversitas non nascitur per respectum ad creaturas: sed potius è converso, conditio quippe causæ, ut idem in seqq. habet, cognoscitur quidem ex conditionibus effectus, non tamen conditio causæ verificatur propter conditiones effectus. Neque sufficit ad salvanda contradictionis distinctionis realis in tertio. Restat igitur, ut emens complexio illarum formalitatium nostro intelligendi modo non adæquabilis, & æqualiter præstans, qua præstant vel præstarent illæ formæ, si essent actu distinctæ, si verificativum distinctionis factæ per intellectum, quam vocamus distinctionem rationis ratiocinatae, supra quam proximè fundantur propositiones contradictionis, ut Verbum procedit per intellectum, non per voluntatem, &c.

Tertia pars conclusionis de sufficientia distinctionis virtualis intrinsecæ ad salvanda contradictionis realia, probatur inductione contradictionis, que de DEO dici possunt in ordine ad effectum communem vel notionalem. Nam vel primò affirmantur contradictionis prædicta realia de perfectionibus absolutis & relativis ad le mutuò

comparatis: ut *essentia communicatur*, paternitas non *communicatur*, *Filius producitur*, *essentia non producitur*, &c. Vel secundò, affirmantur & negantur prædicata de perfectionibus absolutis inter se comparatis, veluti *voluntas est principium spirandi*, *intellectus non est principium spirandi*: *Filius procedit per intellectum*, non procedit per voluntatem, qua duo genera contradictionum sunt maximè realia, in Conciliis & fide fundata sine exemplo in creaturis.

Vel tertio prædicata absolute quidditativa affirmantur & negantur de *essentia* & attributis inter se comparatis: ut, *essentia divina est radix proprietatum*, *attributa non sunt radix*, &c.

Vel quartò actus & effectus formales affirmantur & negantur de attributis inter se comparatis: ut, *Deus est ubique per immensitatem*, non est ubique per eternitatem: *ratio sapientia non est ratio beatitatis*, &c.

Vel quintò affirmantur & negantur actus virtualiter transeuntes in effectus creatos de perfectionibus divinis: ut, *Deus misericordia per misericordiam*, non per *justitiam*.

Atqui veritas omnium istorum prædicatorum in speciem oppositorum salvatur sine contradictione (quod est salvari contradictione in DEO) per distinctionem virtutem intrinsecam: tunc enim non est amplius contradictione quando non affirmatur & negatur idem de eodem secundum idem, sed quicquid in enumeratis propositionibus de DEO affirmatur & negatur, non secundum eandem sed diversas rationes, actu quidem diversas per intellectum, fundamentaliter vero & virtualiter diversas per eminentiam divinæ perfectionis, eadem formalitatis, earumque denominations sub species inadæquatis intellectui distinctione obiectantur, ac si illæ forent actu distinctæ.

S. III.

Solvuntur objectiones.

Displicet iste modus salvandi contradictionia Veckeno Esperæ, Derkennis, Erhardt & pluribus aliis, ideoque obijiciunt primò. Qua inter se sunt realiter idem, eorum quoque omnia prædicata sunt realiter idem: sicut quia Petrus est secum idem, omnia quoque realia prædicata Petri sunt idem cum Petro: sed quodlibet attributum divinum est adæquatè idem cum altero attributo: ergo etiam omnia realia prædicata unius attributi adæquatè identificantur cum realibus prædicatis alterius. E. g. amor identificatur cum voluntate, etiam identificatur cum intellectu divino identificato cum voluntate; & consequenter non potest in aliquo sensu reali negari de illo: quia ubi est realis identitas, ibi non potest negari identitas: sed inter haec prædicata aboluta attributorum est adæquata realis identitas: ergo de iis in aliquo sensu reali negari non possunt: adeoque de iis contradictionia in sensu reali prædicari non possunt.

Respondeo dist. maj. quia realiter sunt idem, eorum quoque omnia prædicata sunt realiter idem, eo genere identitatis, quo ista sunt idem, concedo, alio, nego, sed quodlibet attributum

divinum est idem cum altero, genere identitatis realis actualis, concedo; tam actualis, quam virtualis, nego min. & conseq.

Ad prob. Ubi est realis identitas, non potest negari identitas, quo modo est identitas, conc. quo modo non est, nego: sed est adæquata identitas v. g. inter amorem & intellectum, realis actualis, conc. virtualis nego min. & similiter dist. consequens.

Ruris si dicas: si hæc propositio negativa esset vera in aliquo sensu reali: *Deus non misericordia per justitiam*; jam in sensu reali ante intellectum in DEO prædicatum miserendi esset realiter diversum ab attributo Justitiae: sed hoc est falsum, siquidem ante intellectum est adæquata idem cum illo.

Resp. dist. seq. prædicatum miserendi ante intellectum esset realiter virtute diversum conc. actu, nego. & ideo ante intellectum in divinis non dantur actu & formaliter prædicata contradictionia, ut *misereri non misereri*, *producere non produci*; sed virtute & fundamentaliter: dantur nimis formalitates, sive una simplex quiditas divinae essentiae fundans in nostro intellectu sub statu præcisionis ejusmodi oppositas denominations.

Obijicies secundò. Ubi realis identitas semper est vera, ibi negatio identitatis semper est falsa: sed realis identitas v. g. inter justitiam & cum misericordia semper est vera: ergo negatio realis hujus identitatis semper est falsa: & consequenter vi distinctionis virtualis non potest prædicatum, quod affirmatur de una veritate, v. g. *misereri*, quod affirmatur de misericordia, cum veritate realiter negari de altera perfectione v. g. de *justitia*.

Respondeo similiter distinguendo minorem: Realis actualis identitas semper est vera, tam virtualis quam actualis, nego, ergo actualis realis identitas non potest negari, conc. virtualis nego consequent.

In fabbis. Distinctio virtualis deberesse verificativum propositionis negativa, quo modo illam verificaret actualis distinctio extremorum: sed ista etiam verificaret quoad negationem actualis identitatis, ergo.

Resp. Debet esse verificativum aliquo modo, quo verificaret actualis distinctio, conc. omni modo, nego. eo nimis modo, quod sicut distinctio actualis præbet intellectui plures rationes objectivas correspondentes utrique membro contradictionis, sic etiam distinctio virtualis in una simplici essentia cuiilibet membro contradictionis offerat suam rationem objectivam, in qua non exprimitur inclusio & identitas unius rationis cum altera, sicut que tollatur contradictione ejusdem secundum idem.

Obijicies tertio. Prædicata realiter contradictionia, quæ rei actu convenienti ante intellectum, requirunt realem actualem distinctionem; sed *communicari*, *non communicari*, *producere*, *non produci*, sunt ejusmodi prædicata, quæ independenter à nostro intellectu actu dantur in divinis: nam nemine cogitante est fidei veritas, quod *essentia communetur*, *paternitas non communicetur*: *filius producatur*, *essentia non producatur*: ergo requirit realem

lēm aequalē distinctionē. Major constat, quia cū idem non possit actu simul esse & non esse, que sunt contradictionia: debet in illa inveniri aliqua saltem inadæquata realis & actualis distinctionē.

Resp. neg. min. nam actu à parte rei priusquam noster intellectus præcisivo & inadæquato conceptu distinctionem format inter essentiam & formalitatem, datum quidem fundamentū reale ipsius contradictionis, quod est divina essentia, quatenus contingens absolutam perfectionem naturæ se communicans, & quatenus continens formam relatiā paternitatis filium respiciens, eumque producens: nondum tamen datur negatio non productionis, non communicationis: hæc quippe primum superadditur ab intellectu creato una rationem ab altera præscindente, & mutuō opponente.

Obijc. quart. Distinctio virtualis realis patitur eisdem vel majoribus difficultatibus, ac distinctione realis formalis Scotistarum: ergo non est idonea ad explicandas difficultates contradictioniarum propositionum. Antecedens probatur multipliciter. Nam prīmō. Hæc distinctione in respondendo petit principium, responderet per id quod est in controversia, & explicat unum obfcurum per aliud quæ obfcurum. Nam quæstio est, quomodo de objeto prorsus simplici, v. g. de essentia & paternitate verificari possint contradictionia.

Respondet: Ideo verificari, quia eti⁹ objectum sit idem & simplex formaliter, est tamen distinctum & multiplex virtualiter. Si ulterius petas, cur de objec̄to virtualiter multiplici verificetur contradictionia?

Respondit iterum: quia formalitates virtualiter distincte habent capacitatem recipiendi contradictionia, ac si essent formalitates actu formaliter distinctæ, siquidem actu distinctæ æquivalent. Enī inquit, Maſtrius, manifesta petitio principii, ide neque de essentia & relatione possunt dici contradictionia, quia est capax contradictioniorum, seu qui potest recipere contradictionia, quod est idem per idem dicere. Addunt aliqui: sicuti Scotorum explicando formalem distinctionem ex natura tei per formalitates actu distinctas recurrent in circulum virtutum; sic & Thomistæ explicantes distinctionem virtualē per distinctas virtualitatem.

Secundō, quia hæc distinctione virtualis habet eandem difficultatem, quam haber mysterium Trinitatis, adeoque est inutilis ad solvendas objections contra hoc mysterium. Nam difficultas mysterii SS. Trinitatis est, quod simplicitas divinae essentiae compatiat realē distinctionem personam & relationem, que simplicissimè cum essentia identificatur: sed hoc ipsum dicit virtualis distinctione, salvâ nimurū simplicissimā identitate inter essentiam & relationem, relationem produci, essentiam non produci, & in ordine ad verificanda contradictionia essentiam divinam æquivalere formis distinctis.

Tertiō. Hereticus non minus posset eludere mysterium Trinitatis per distinctionem virtualē, quam formalem; si nimurū dicteret, inter produci, & productum debet esse distinctione actualis, vel virtualis, conc. semper actualis, nego.

Respondet: Has objections procedere ex ma-

lo supposito, quasi nimurū distinctione virtualis sit mera capacitas recipiendi contradictionia: cū sit potius in recto eminentia divine actualitatis sibi simplicissimè identificantis omnem formalitatem exclusivam imperfectionis, & consequenter etiam formales effectus, ac propria munera illarum formarum, que ab intellectu creato uno conceptu adæquari non possunt, quod certe tam clarum est, ut à nemine vocari possit iu dubium.

Unde ad 1. Resp. falsum esse in nostra Thomistica sententia (quicquid R.R. de distinctione virtuali aliter loquuntur) quod hæc sit ultimata ratio salvandi contradictionia, quia formalitates in DEO recepta habent capacitatem recipiendi prædicta contradictionia: Sed ratio est: quia Divinæ actualitatis eminentia formaliter continet omnes perfectiones simpliciter simplices; ex quo sequitur, quod etiam præter omnes illarum denominations unitim in intellectu vidente divinam essentiam, ut in se est; divisim vero in intellectu diminutum & divisim illam cognoscere: unde prout substantia eiusmodi inadæquatis conceptibus, recipere debet contradictionia; non autem prout substantia intuitiva cognitioni. Neque verum est (ut opponitur in additamento) quod distinctione virtualis dicatur à diversis virtualitatibus; sed ab eminentia perfectionis æquipollente pluribus formis distinctis.

Ad 2. quoque Resp. optimè per distinctionem 17. virtualē (meliori quo heri potest modo) tolli contradictionem, qua objicitur contra mysterium SS. Trinitatis: quia enim actus purus & ens infinitum debet sibi identificare omnem lineam entis (quod non est principium obscurum & dubium, sed etiam ab Adverlariis concillum) consequenter identificat sibi formam omnem tam absolutam quam relativam; adeoque etiam propria illarum formarum: atqui proprium est omnis forma absoluta simpliciter simplicis per se non excludere aliam formam & perfectionem simpliciter simplicem & quæ perfectam aut perfectiorem; proprium vero formæ relativæ est, excludere à sua identitate relationem sibi terminativę & relativę oppositam: ex quo consequitur, in DEO summam esse identitatem omnium personarum in perfectionibus absolutis, esse vero distinctionem in perfectionibus relativis, in quo fundatur tota difficultas mysterii sanctissimæ Trinitatis.

Ad 3. nego seq. quia fides docet (cujus rationem 18.) extra revelationem Divinam per SS. Script. manifestatam petere ineptum est & frivolum) secundam Personam non tantum fundamentaliter aut virtualiter, sed realiter & formaliter esse Filium, adeoque & primam Personam esse realiter formaliter Patrem, consequenter dari formalem realē oppositionem relativam inter ipsas: adeoque rursus Filium realiter formaliter procedere, generari, produci.

§. IV.

Corollaria.

INseres primō. In DEO non dari rationem actu⁹ primi virtualiter intrinsecè distincti ab actu secundo: quia videlicet actus primus in conceptu suo objectivo formaliter importat potentiam in eadem

eadem linea perfectibilem ab actu secundo, qui conceptus est repugnans DEO, seu actu puro. Ex quo sequitur, nec vitam primam radicalem distinctionam à vita secunda, nec potentiam executivam ut virtualiter distinctionem ab actu imperi, neque intellectum vel voluntatem ab actu intelligenti vel volendi virtualiter distinguunt, aut à nullo intellectu cum fundamento intrinsecō ex parte rei concepta ab actu distinguunt posse.

Dixi cum fundamento intrinsecō, si enim hæc divina distinguunt, propter comparationem & analogiam ad res & effectus creatos, in quibus ratio actus primi ab actu secundo distincta reperitur, fundatum hujus actualis distinctionis non erit intrinseca DEI perfectione, que omnia ad eandem lineam pertinientia sibi identificat, sed extrinseca rerū creatorum limitatio, à qua oritur rerum in eadem linea contentarum distinctione. Unde ejusmodi distinctione non nisi ex imperfecto modo res divinas ad instar rerum creatorum concipiendi contingit.

20. Inferses secundò. Neque ratione speciei impressæ & expressæ, vel ab invicem, vel ab actu secundo intelligendi, nec objectum primarium intellectus ab intellectu, neque scientiam visionis à scientia simplicis intelligentiae, aut voluntatem antecedentem à consequente, neque partes virtutis aternitatis inter se invicem, neque decreta DEI libera, & particulates rationes Omnipotentia divina, ut potentiam creandi hominem, Angelam, neque Ideas divinas, &c. inter se virtualiter intrinsecō distinguunt: quia nimis hæc singula enumerata non pertinent ad diversas lineas, & ea quæ secundo loco attrahimur, in DEO ratione nostrâ distinguuntur tantum propter connotationem ad objecta materialia & res creatas DEO extrinsecas.

Unde omnia contradictionia, quæ de ejusmodi formalitatibus prædicantur, per solam distinctionem virtualem extrinsecam salvantur, ut: *scientia simplicis intelligentiae non est de absolute futura: scientia visionis est de absolute futura:* Omnes homines salvantur, quas *DEVS* voluntate consequente vult salvos fieri: non omnes homines salvantur, quos *DEVS* voluntate antecedente vult salvos fieri, &c. Quòd pertinet illa quoque contradictionia: *Materia prima participat à DEO rationem entis, non rationem actus.* *Gratia sanctificans est participatio divina naturae, non divina intellectus.* &c. Hac enim omnia dicuntur de divinis solummodo propter connotationem ad res & effectus creatos, in quibus divina perfectione diminuta participatur: ipsa vero distinctione, cum ex

parte distinctionum essentialiter limitationem involvit, intrinsecum in DEO fundamentum non habet.

Inferses tertio. Distinctionem virtualem, quam inter attributa, divinamque essentiam statuimus, rectè appellari realē intrinsecam, non tamē actualē, vel formalem. Realis intrinseca est, quia ponitur in intima virtute & perfectione objecti, quia consequitur aequipollentia cum plutiib⁹ ut plura sunt; non est autem actualis, vel formalis, quia ly *formale* abolitè prolatum formalizat, & ly *actualē* actualizat distinctionem, ut advertit Cacheran. c. 3. §. 5. nostra autem virtutis distinctione, non significat extrema actu & formaliter distinctione, cum per ly *virtuale* seu terminum alienantem, extrahatur à ratione veræ distinctionis, cūque propter includam simplicissimam identitatem opponatur. Quidsi velis ly *actualē* non cadere supra distinctionem, sed supra rem vel existentiam rei virtute distinctione, ut etiam ly *formale* cadere supra formalitatem, non supra distinctionem, item movebis de nomine, & in to quidem nobiscum senties, (quis enim dubitat, infinitam DEI perfectionem actu & formaliter esse in DEO?) aberribis autem à communī modo loquendi.

Inferses quartio. DEUM & Beatos per visionem beatificam (1.) cognoscere distinctionem virtualem divinarum perfectionum: (2.) illas tamen in hac visione actu nequam distinguunt: (3) neque de ipsis contradictionia affirmari. Ratio prima est: quia DEUS & Beati vident DEUM, *scimus est*, adeoque quidquid realiter intrinsecē est in DEO; sed distinctione virtualis realiter intrinsecē est in DEO, ergo. Extra visionem tamen Beati actu hæc prædicta distinguunt, prout docet S. D. in 1. dist. 2. q. 1. a. 3. dicens: quod intellectus videns *DEVM*, unum nomen potest imponere DEO, quod non significat sapientiam, & bonitatem, aut aliquid huiusmodi, sed significata omnia ipsorum includeret, sed si videns *DEVM* mediante conceptione suā (hoc est extra Verbum) imponere plura nomina sapientie, bonitatis, &c. ac proinde, ut adverbit S. Chrys. à S. Doct. cit. alii cum Scrapienīs DEUM laudent ut Sanctum, alii ut Justum, alii ut misericordem, &c. Ratio tertii est, quod actus formalis contradictionis supponat prius factam extremorum divisionem per intellectum: sed ista non datur in visione secundum dicta, ergo.

ARTICULUS V.

An & quomodo essentia in attributis ac relationibus, & relationes ac attributis in essentiā sum in se ipsis includantur?

S U M M A R I A.

1. Includuntur in se formaliter.
2. Alias essent in privativa potentia ad se invicem.
3. Non datur inter illa distinctione excludentis & exclusi.
4. Prævio ad distinctionem qualis requiratur praefatio intellectus?
5. Essentia & attributa de se prædicantur in abstratio & formaliter.
6. Authoritates objecta exponuntur.

7. Alia

7. Aliæ vicissim retorquentur.
8. Obiecta absurdia ex inclusione & transcendentia.
9. In divinis nihil includitur per modum partis.
10. Nec est absurdia transcedentia predicatorum.

§. I.

Affrictus formalis & mutua predicatorum inclusio.

CONCLUSIO. Natura Divina includitur formaliter implicito in attributis & relationibus; & vicissim relations & attributa in natura; iisque attributa inter se. Ita Gonet, Suarez, Grana, & commun. Thomistarum.

Ratio est: De ratione actus puri est, ut in se formaliter continet omnem formam, seu quidditatem formaliter perfectam, & simpliciter simplicem: sed divina essentia, cunctaque, qua de DEO formaliter dicuntur, sunt actus puri: ergo quilibet forma vel perfectione debet in le reliquias formaliter includere & continere. Unde cum S. D. in 1. d. 2. q. 1. a. 2. dicit, quod ratio sapientia non est ratio bonitatis in quantitate hujusmodi; loquitur de ipsis quatenus substantia nostris praecisivis conceptibus, non quatenus accipiuntur ex parte DEI.

Confirm. Nisi ex predictis perfectionibus una alteram formaliter includeret, tunc esset in potentia ad illam, sicut genus est in potentia ad differentiationem, ac proinde posset cum illa constitutre compositionem metaphysicam vel logicam: sed hoc repugnat simplicitati & perfectioni actus purissimi: ergo, seq. probatur. Ubi datur distinctione excludens & exclusi, ibi una formalitas est in potentia ad alteram tanquam actum perfectiorem & completem, uti constat in conceptu generis; sed nisi una perfectio alteram formaliter includat, datur inter illas distinctione excludens & exclusi: quia una perfectio separatur & praescinditur ab altera, tanquam nihil ipsis actu & formaliter continentis. ergo.

Unde Inf. primd. In predictis Divinis perfectionibus non dari distinctionem *excludentis & exclusi*, tempore per modum gradus potentialis privativæ indifferenter & contrahibilis à superaddita perfectione: sed dari distinctionem secundum conceptum *explicitum & implicitum*; in quantum una perfectio, quamvis alteram actu formaliter continet, illa tamen quasi suppremis sua solida formalia predicata manifestat & exprimat intellectui, quem tantum perfectionum copia ad omnia asseveranda reddit inopem.

Inf. 2. Ut una perfectio absoluta ab altera absoluta, vel relativa distinguitur, aut de ipsis contradictionis affirmantur contradictionia, præviè requiri predictum intellectus in unam potius quam alteram perfectionem defixi. An porro illa predictio vocanda sit objectiva, vel formalis? de quibus multa Philosophi existimo parum referre ad propositionem quocunque enim nomine exprimatur, sufficit ad salvanda contradictionia, & distinctionem rationis ratio inveniatur, de quo erat quæstio.

Videntur quoque utriusque sententia defensiones magis in modo loquendi, quam in ipsa re distinctione: Nam qui negant præcisionem objectivam,

supponunt talēm præcisionem, per quam ex parte conceptus objectivi una formalitas excludat alteram, tanquam potentia actiū, & gradus genericus differentiam, quod cum ex parte DEI cum fundamento non possit admitti, & aliunde conicit, quidquid de DEO recte concipiatur, concipientium esse ad modum actiū puri: actus autem purus implicitè latet in omnem perfectionem, ideo volunt hanc præcisionem tantum esse, secundum modum cognoscendi explicitum & implicitum. Verum Detinores meliores objectivæ præcisionis in divinis, ut ex nostris praediti Reverendissimi Stadlmair & Reding, plus non volunt per objectivam præcisionem, quam quod in statu objectivo & representativo una formalitas cognoscendi relucat, altera nequaquam relucente, quantumvis à parte rei & in statu reali una etiam formaliter includatur in altera: quod equidem negari non posse existimo, cum Unitas Divinæ essentia ratione naturali sit, & possit esse cognita, Trinitas tamen & relations personarum ratione naturali nec sint, nec possint esse cognitæ.

Nec ista præcisio propriæ est propriæ excludentis & exclusi: qua una formalitas ab altera non praecinctur privativè tanquam potentia ab actu, sed negativè, tanquam non includens alteram in statu objectivo & representativo: unde etiam ex hoc nihil sequitur imperfectionis ex parte conceptus objectivi, cum fundamentum istius præcisionis non sit potentialitas objecti, ut est in homine v. g. animalitas, sed infinita actualitas.

Inf. 3. Essentia & attributa divina non tantum identicæ, sed formaliter & in abstracto de se mutuo praedicari posse, uti etiam essentia de relationibus & vicissim, nisi ex parte subjecti vel praedicati significetur explicita & reduplicata ratio essentia, vel attributi. Itaque ista propositiones, *DEVS est sua sapientia; in DEO sapientia est Justitia; Intellectus DEI est voluntas DEI; Paternitas est essentia, &c.* non minus sunt formales prædications, quam ista: *bonitas est ens, vel, bonitas est veritas, quia abstracta, qua formaliter sibi identificantur, & in se mutuo formaliter continentur, etiam de se mutuo formaliter praedicantur, sed ita se habent praedicata divina: ergo. Econtra iste propositiones sunt falsæ: DEVS est ubiq[ue] per aeternitatem, DEVS ut immensus creatus, essentia est attributum, ratio seu attributum misericordia est ratio seu attributum sapientia, DEVS amat per intellectum, Verbum procedit per voluntatem, &c. quia in his omnibus prædicationsibus adhibentur termini significantes reduplicatum & explicitum conceptum formalitatis ut virtualiter distinctæ, quatenus autem exprimitur & reduplicatur ipsa virtualis distinctione ex parte rei, & actualis facta per intellectum, etenim identitas unius cum altero exprimi non potest; alias secundum eundem explicitum conceptum conciperetur idem & non idem, quod implicat.*

§. II.

Solvuntur objectiones.

O Bijd. primò authorit. S. Doct. in 1. dist. 33. q. 1. a. 1. ad 1. dicentis: *in divinis alia est ratio scientie & substantia &c. & SS. PP. Bern. 5. de confid.*

confid. c. 5. ubi dicit, DĒS amat ut charitas, nō
vit ut veritas, sed & ut aequitas, dominatur ut
Majestas, &c. regit ut principium, tuetur ut solus,
operatur ut virtus, revelat ut lux, assistit ut pietas.
Item S. August. 15. de Trinit. c. 5. Si dicam aeter-
num, immortalis, justus, bonus, beatus, spiritus, ho-
rum omnium novissimum, quod posui, videris signi-
ficare substantiam, cetera vero hujus substantia
qualitates.

Refp. Has omnes & similes autoritates commo-
dissimilem intelligi de distinctione penes explicitum
& implicitum, unde quamvis implicitè ratio scien-
tiae divinæ sit etiam ratio substantia, non tamen est
explicite, qui locus in ejusmodi oppositis locu-
tionibus exprimitur.

7. Imo non minus graves sunt authoritatis: SS. PP.
que intima inclusionem unius attributi in alio
suadent, veluti apud S. Anselmum in Monol. c. 16.
cūm dicit: Idem est, quodlibet illorum, quod omnia
sunt simul, sive singula, &c. Et post pauca: cūm
aliquis homo dicatur corpus, & rationalis, & homo:
non uno modo vel consideratione hac tria dicuntur.
Secundum aliam enim est corpus, & secundum aliam
rationale, & singulum horum non est totum id, quod
est homo. Illa vero summa essentia nullo modo sic
est aliquid, ut illud idem secundum alium modum,
aut secundum aliam considerationem non sit; quia
quidquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum,
quod ipsa est. Atqui si daretur distinctio excluden-
tis & exclusi, jam aliqua ratione & consideratione
illa summa essentia non esset, quod alia considera-
tione est.

8. Obijc. 2. Cacheranus plura absurdia primo,
quod idem simul esset totum & pars, continens &
contentum: quia quolibet attributum continetur
in essentia, tanquam pars & aliquid ipsum; ac
rursus includeret & contineret essentiam, tanquam
partem sui.

Secundo. Quod omnia divina prædicata forent
transcendentia contra communem divisionem, quā
divina prædicata dividuntur in transcendentia, quā
per omnes divinas perfectiones vagantur, ut esse
aeternum, increatum, infinitum &c. & non trans-
cendentia, quā important perfectiones non va-
gas, sed determinatas, quā proprie sūnt attribu-
ta.

ta, ut esse sapientem, omnipotentem &c.
Tertiò. Quod omnia prædicata divina etiam in
sentu reduplicativo possint de se invicem affirmari,
adeoque dici, Intellectus ut intell. Ens vult, &c. le-
qua probatur. Ens quia transcendit intriora,
potest in sentu reduplicativo dici: Substantia ut
substantia est ens: intellectus creata ut intellectus
creata inheret, quia ratio inherentia quamvis im-
plicè tantum; importatur nihilominus in ratio
intellectionis creata: ergo etiam si unum attribu-
tum contineatur in altero, quamvis implicitè;
debet de illo affirmari in sentu reduplicativo.

Refp. ad 1. neg. lequelam, ad cuius probatio-
nem etiam nego antec. nam attributa continentur
in essentia per modum simplicitatis; non per mo-
dum partis, quemadmodum de constitutivo sup.
dixi & ideò S. August. l. 11. de civ. c. 10. de DĒO
dicit: quidquid habet, hoc est, excepto, quod re-
lativo ad alterum est.

Ad 2. nego esse absurdum, quod omnia prædi-
cata divina sine transcendentia, & aio, hoc esse de
ratione actus puri. Illam porro divisionem prædi-
catorum in transcendentia & non transcendentia
dico pertinere ad modum significandi, non ad
rem significatam. Ad 3. in primis retorique ar-
gumentum: nam falso est, quod eni ut ens sit
bonum; quantumvis transcedat bonitatem, &c.,
falso quoque est, Immaterialitas quātali est aeterni-
tas, & tamen per Adversarios utrumque est præ-
dicatum transcedens, ergo ex transcedentia ali-
cujs prædicati non recte infertur, quod in sentu
reduplicativo possit de altero prædicari, & ideò
Refp. 2. neg. antec. cūm enim reduplicatio non
cadat supra id, quod implicitè & materialiter, sed
quod explicite & formaliter continetur in sub-
jecto, falso est, quod substantia quā talis sit
Ens, hoc enim est ipsi materiale & commune cum
accidente, sed quod sit per se existens: alijs cut
non etiam vera esse, Perrus quā Perrus, homo
quā homo est ens, quod tamen Dialectici non
concesserint. Ad alterum quoque propositionem,
intellectus creata quā intellectus creata inheret.
Refp. Nec illam esse veram, siquidem explicitus
conceptus creature non dicit esse in alio, sed
ab alio.

DISPUTATIO V.

DE

Attributis Divinis in specie.

Consideratis attributis divinis in communis,
ad eadem in particulari consideranda accedi-
mus & illa hoc capite complectimur, quæ ad
esse DĒI pertinent, ac magna ex parte negati-

vis nominibus efferuntur, ut simplicitas, infinitas,
immutabilitas, &c. De illis vero, quæ ad
operationem pertinent, ut scientia, providentia,
cum S. Doct. Specialibus titulis inf. dicimus.

A R-